

Altas maritat populos:

A ut in reducta ualle mugientium,
prospiciat errantes greges:

I nutilisq; falce ramos amputans:

Foeticiores inserit.

A ut pressa puris mella condit amphoris /

A ut tondet infirmas oues:

Vel cum decorum mitibus pomis caput /

Autumnus aruis extulit.

U t gaudet in sitiva decerpens pira

Certantem: et uiam purpurea

Qua muneret te priape: et te pater

Siluanæ tutor finium.

FOENERATOR: LO

QVITVR

LIBET iacere modo sub antiqua ilice:
Modo in tenaci gramine:

Labuntur altis interim ripis aquæ

Queruntur in siluis aues

Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus

Somnos inuitet quod leues

A ut cū tonantis armus hibernus iouis

I mbres miuesq; comparat

A ut tradit acris hinc et hinc multa cane